

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

De Diuortiis. Tit. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

- 1 *Matrimonium ab accusatione repellitur, qui denuntiationis tempore tacuit, nisi denuntiationem probabiliter ignorauit, vel iuret de novo didicisse, & quod non obicit illam malitiosè.*
  - 2 *Alesens non presumitur scire ea, que sunt in ciuitate.*
  - 3 *Absentia cion sit facti, non presumitur, nisi probetur.*
  - 4 *Vicinus agrotus grani morbo non presumitur scire facta vicini, vel quae publicè sunt in ciuitate.*
  - 5 *Notitia eorum, que publicè, & solemniter sunt, presumitur.*
  - 6 *Ignorantium allegantis incumbit omnis probandi.*
  - 7 *Impedimentum an possit iuramento probari, ostenditur.*

## C A P. Cùm in tua. VI, & fin.

**M**atrimonium iam factum accusans si in tempore  
re demittitionum non manifestauit, non est ad-  
mittendum nisi eo tempore fuerit extra dicessum, vel  
non potuerit habere notitiam demittitionis, v. g. si  
ex morbo non erat sanx mentis, vel ita puer ut hoc  
non intelligeret, vel alia causa legitima fuerit impe-  
ditus, vel etiam si iuret quod ea postea dicitur ab aliis  
qui sciuerant demittitiones, & fluerant, hic enim  
esset audiendus si etiam iuret quod hoc non procedit  
ex malitia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.  
Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Rur. Anchar. Panorm.  
Præfop. Alex. de Nevo, Canis. Cujac. Vivian. in ration.  
lib. 4. iuris Pontif. pag. 102. Alagona in compend. iuris  
Canon. pag. 595. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2.  
refutatur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 4. sub  
hoc tit. cap. vnic.

2. *Extra Diocesim existebat.*] Notatur ad hoc, quod  
absens non presumitur scire ea, que facta sunt in ci-  
uitate, ut per Boër. decis. 39. n. 17. Duen. reg. 1. 5. lim. 2.  
Tiraq. de retrat. tit. 1. s. 3. 6. gloss. 2. n. 57. Surd. decis. 24.6.  
n. 16. Sayr. in claus. Regia, lib. 3. c. 5. n. 5. Macfar. de pro-  
bat. concl. 29. 5. n. 7. vbi n. 12. resoluti absentiam cum sit  
facti, non presumi nisi probetur, nam absens presum-  
itur ignorare etiam ea, que publicè nota sunt. Ro-  
land. conf. 9. n. 44. lib. 1. Hondel. conf. 55. num. 49. & 50.  
lib. 1. Card. Tusch. lit. I. concl. 1. 8. n. 8. & concl. 2. 2. n. 6. &  
lit. 8. concl. 6. 4. n. 8. Farin. fragm. crimin. p. 2. lit. I. n. 101.  
vbi n. 102. cum Card. Tusch. declarat, dummodo ab-  
senta sit longa, & remota & talis ut id, de quo que-  
ritur, verisimiliter ad notitiam absentis periret non  
poterit, alia fecus. Vnde ignorantiam crassam, &  
lupinam non excusat per hunc textum tenent Costa  
de fatis scientia. & ignor. in p. 81. n. 16. & alij, quos re-  
fert Farin. d. lit. I. n. 165.

4. *Si nimis infirmitatis feruore, &c.]* Notatur ad hoc, quod consanguinibus, vel vicinus agrotus graui morbo non praemunit scire facta vicini, vel consanguinei, aut ea, quae sunt publice in ciuitate, ut per Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exig. vers. 14. pag. 56. Macard. d. concl. 29. s. 10. Surd. d. decif. 246. n. 16. Sebalt. Medic. de casu fortuito, p. 1. q. n. 17. vers. serio infirmit. Gabr. commun. tit. de presump. concl. 6. n. 32. Card. Tsch. lit. C. concl. 741. n. 18. Ioan. Bapt. Costa de facti scientia, & ignor. disp. 73. a. n. 7. Farin. d. lit. I, n. 196.

5. *Q uod denuntiationem publice factam, &c.]* Notatur ad hoc, quod presumitur notitia eorum, quae publice & solemnitate fiant, ut per Macard. de probat. conclus. 1100. n. 6, quia publica vox, & fama inducit scientiam. Ioseph. Ludou. Pers. decif. 103. n. 12.

*Alioquin cum rationabiliter, &c.] Notatur ad hoc, quod ignorantiam allegantem incumbit onus probandi, ut per Sanch. de Marin. lib. 9. disp. 32. n. 4. Et cum sit quid in animo consistens iuramento probatur, Menoch. de arbitrio casu 186. n. 2. Macfard. de probat. conclus. n. 32. n. 1. & 2. & concl. 88. 1. Seraph. de pruini. iuram. pruini. 4. Mancin. de iure iuri. effectu 102. num. 1. Card. Tusch. lib. 1. concl. 2. 4. n. 1. Bapt. Costa de facti scientia, & ignor. inspect. 84. n. 2. Farin. d. lit. I. n. 2. 6. cum segg.*

*Nisi propriè firmauerit iuramento. ] Ergo impedimentum potest iuramento probari, contra text.in cap. ex literis, supr.de in integr. restit. & in cap. cupientes, §. quid se per virginem, & ibi gloss. verbo fides, de elect. lib.6.de quorum iurum conciliacione agunt Menoch. de presumpt. lib. 1. pres. 78. n. 10. & 11. & Alciat. eod. tract. reg. 3. pres. 16. n. 3. vers. sed tamen saluando, vbi dicit text. in presenti, loqui quando praesumptio illa oriens ex publico proclamare, & similibus est debilior ea, quae oritur ex iuramento : vel potest dici text. procedere vbi impedimentum per iuramentum non potest verosimiliter probari, text. verò in d. cap. ex literis, & in d. cap. cupientes, locum habere vbi impedimentum potest verosimiliter probari per testes, vel alter legitimè, quia tunc non admittitur iuramentum partis, ne recedamus à reg. cap. licet uniusversit. suprà de testibus.*

In gloss. *juramentum*. Notatur ad hoc, quod aduersus presumptiōnēm scientiæ corrū, quæ publicè sunt, resultante in contra eum, qui præsens fuit, admittit probatio per eius *juramentum*, ut per *Lap. alleg. 9.4.n. 5. Ozasc. decis. 7.1.n. 28. Menoch. d. pres. 7.8. num. 6.*

## *De Duortiis.*

TIT. XIX.

VPER hanc rubr. scripserunt Zabarell  
Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Pra-  
pos. Alex. de Neno. Durand. in breviar.  
aureo iuris Canon. fol. 1. 1. & in speculo iuris  
sub hoc tit. lib. 4. Steph. Ranchin. in  
continuar. tit. Decret. fol. 1. 68. Ioan. de Londis in breu-  
ario sanctorum Canon. fol. 1. 8. Petr. de Rauenna in com-  
pend. iuris Canon. Mart. Mesnart. in epitome Decret. Dana-  
Venat. in analysi method. iuris Pontif. a pag. 574. Goffr.  
& Holt. in sum. binius tit. Alex. Callan. & Anaf. Germ. in  
paratitlis ad quinque libros Decret. Lancel. in Instit. iuris  
Canon. Cafarell. in eror. eiusdem iuris, Canis. in sum. eius-  
dem, Barth. Carthag. in exposit. tit. Decret. Zype. in ana-  
lytica potestimi iuris Eccles. enarrat. nouissime Ioan. Ho-  
nor. lib. 4. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. vide latissimè Sanch. de matr. ib. 1.0. Bonac. eod. traet. q. 4. punct. 5. Farin. in praxi crit. min. p. 5. q. 143. § Separatio.

*S V M M A R I V M.*

1. *Homicidium necessarium non priuat spe coniugij, sed machinatio in mortem coniugij sic.*
  2. *Mulier infideliatis in mortem viri punitur paenam amisionis coniugij, etiam si infideli effectum non sine consequta.*
  3. *Factum narratur cuiusdam mulieris infideliatis mortem viro sic.*

## CAP. Si qua. I.

**H**omicidium necessarium, v. g. ad defensionem  
sue vita non priuat spe coniugij futuri, sed ma-  
chinatio priuat, vt si mulier est machinata, & misit  
aliquos vt suum maritum interficerent, & maritus  
initialis aliquem occidit, maritus non priuatur spe  
coniugij, at mulier sic. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.  
Innoc. Collect. Zabat. Ioan. Andr. Holt. Butr. Anch. Panorm. Praepos. Alex. de Neu. Canif. Cujac. Viuian. in  
ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 112. Alagona in compend.  
iuris Canon. pag. 598. remissio Ximen. in concord. p. 1. &c.  
referunt ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 10.  
c. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 5. c. 1.  
§. quod autem.

**P**ro furio, vel alio criminis, &c.] Notatur ad hoc quod  
propter nullum crimen aliud à fornicatione carnali  
vel spirituali licet coniugis diuertere, si continuo  
implicitus non pertrahat alterum ad peccandum, ita  
D. Thom. in 4. diff. 19. q. 2. art. 6. in corpore. D. Bar-  
bos. p. 2. rubr. ff. sicut. Matrim. a n. 17. Sanch. de Matrim.  
lib. 10. diff. 17. n. 3. Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 14. 2.  
n. 98. & 241. Quicquid hodi afferant propter alia  
crimina adulterio paria, veluti veneficium, par-  
dum, & similia, de quibus in t. confusu, c. de repud.  
Matrimonium posse dissolui quoad thorun, & mu-  
tuam cohabitationem. Rip. in rubr. de indic. n. 8. con-  
seq. Lara in l. si quis a liberis, & si quis ex his, iuris  
ff. de liberis agnoscat.

**N**isi fides sue religionem corrumperet velit.] Notatur ad hoc, quod propter adulterium spirituali, quale est  
heresis, vel apostasia à fide, in quam alter communi-  
bitur, licetum est diuorciuum quoad thorun, v. p.  
Surd. de alimento. tit. 9. 2. 1. Conar. de sponsal. p. 1. 17.  
§. 5. n. 4. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. 17. de fauore clericu-  
li, §. 4. n. 10. 6. Henr. q. in sum. lib. 1. c. 1. 7. n. 10. 7. Vider.  
Reginald. in praxi fori panit. lib. 3. 1. n. 1. 3. 1. 4. Farin. &  
q. 14. 3. n. 18. Sanch. d. lib. 10. diff. 1. c. 5. n. 3. cum seqq. qui  
etiam refolunt ratione heresis licitum esse diu-  
ciuum quo ad multa obsequia, cohabitationem, & de-  
cumentum coningue.

**V**erum si coniugis suam, &c.] Notatur ad hoc quod  
in egrum est coniugi diuertere quando ab altero coniuge  
ad peccandum inducitur, timeretque libi am-  
ma ruinam, vt per Gaet. in rep. cap. ad limina 50. 4.  
§. 4. n. 2. 3. 5. Ang. in flor. Theolog. p. 1. de matrim. q. 1. 2.  
culturis disparitate, art. 2. post. dub. 7. diff. 1. Card. Bel-  
lam. lib. 1. de Matrim. c. 1. 4. vers. secundo sive contraff. Henr. q. de 27. n. 7. D. Barbos. in rubr. ff. solut. Matrim.  
p. 2. n. 3. 0. Sanch. d. diff. 17. n. 3. Valer. Reginald. d. lib. 30.  
n. 2. 5. vers. posterioris, Bonac. de Matrim. q. 4. p. 1. 17.  
n. 2. 5. vers. quarta. Vnde Sanch. d. diff. 17. n. 6. infert in  
stat præberet causam diuertendi uxori ipsi si vir fu-  
eius leno, & n. 7. si admittat domi viros procares, &  
parum pudicos, & n. 8. si coniugis habitate renuit, si al-  
ter latrocinium exercens dimitias congeget, vel in  
sub conditione peccati patrandi.

**S**emper tamen coniuges erunt.] Notatur ad hoc, quod si  
quamvis propter heresim fiat thorii separatio, non  
tamen Matrimonij vinculum dissoluitur, quia non in-  
si per mortem coniugis alter coniux alii subere pos-  
test, vt per Surd. decif. 2. 49. n. 2. 2. D. Barbos. p. 2. 10.  
n. 19. Sanch. d. diff. 1. 5. n. 7. Farin. d. q. 14. 3. n. 18. De  
Matrimonij indissolubilitate vide Petr. de Ledem. de  
Matr. q. 6. 7. art. 1. cum seqq. Sanch. lib. 2. diff. 1. 5. 14.  
Guric. de matr. c. 5. 4. Bonac. cod. tract. q. 1. p. 1. 17.

**4** In gloss. Insidiatrix. Hanc gloss. communiter DD.  
sequuntur, teste Farin. d. p. 5. q. 1. 43. n. 155.

## S V M M A R I V M.

- 1 Coniuges propter aliud crimen à spirituali forni-  
catione, vel etiam carnali non separantur, & sic  
separati nubere non possunt, quia tenet Matrimoni-  
um.
- 2 Diuertere coniugibus ob nullum crimen aliud à forni-  
catione carnali vel spirituali licet, si ille con-  
tinuo illo in plicitus non pertrahat alterum ad pecc-  
andum.
- 3 Diuorciuum quoad thorun licitum est propter adul-  
terium spirituali.
- 4 Coniugi diuertere integrum est quando ab altero coniuge  
ad peccandum inducitur.
- 5 Matrimonij vinculum propter heresim non dis-  
solvitur.
- 6 Vxori dari alio ad separationem thorii propter  
ipsum viri adulterium.

## CAP. Quæsiuit à nobis. II.

## Alex. III.

- 1 Coniuges propter aliud crimen à spirituali forni-  
catione, vel etiam carnali non separantur, &  
propter eam separati nubere non possunt, quia tenet  
Matrimonium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.  
Collect. Zabat. Ioan. Andr. Holt. Butr. Anch. Panorm.  
Praepos. Alex. de Neu. Canif. Cujac. Viuian. in ration.  
lib. 4. iuris Pontif. pag. 112. Alagona in compend. iuris

## S V M M A R I V M.

- 1 Vir non potest dimittere uxorem sine indicio Ecclesie,  
etiam propter impedimentum parentalia nub-  
erium, que tamen si fuerit publica & nota, &  
non opponat Episcopus ex officio adhibita grau-  
te Matrimonia illicite contracta dissolue potest.
- 2 Sententia iudicis desideratur ut licita sit thorii sepa-  
ratio.
- 3 Adulterium ubi esset sita notoria, ut nulla propositio  
guris

- gincratione celari posset, sive absque indicis sententia licet fieri thorii separatio.  
 4. Conciliatur text. in presenti cum cap. significasti, hoc tit.  
 6. Index ex officio parte innita procedere potest ad retractandam sententiam in coniugali causa latam, vbi de errore certior factus fuerit.

## Cap. Porro. III.

V fine indicio Ecclesia non potest dimittere vxorem propter parentelam etiam publicam, & notoriam, quod si fecerit, compelli debet redire sub pena excommunicationis. Quando vero parentela est publica, & manifesta, ut in primo, vel secundo gradu, & nullus accuset, Episcopus ex officio adhibita grauitate Matrimonio illiciti contrafacta disoluere potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Piz. pos. Alex. de Neno, Canis. Cujac. Viu. in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 115. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 599. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2. resursum ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 20. c. 3 & c. 4. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 50. c. 29. & porro.

Collige ex text. sententiam indicio desiderari ut licita sit thorii separatio, ut per Gaetam in repet. c. ad l. mina 30. q. 1. §. 4. n. 422. Calto lib. de lege pa. n. 8. vers. 3. & igitur Card. Bellarm. in suis controver. lib. 1. de Matrim. c. 1. 4. vers. secundum est. Graffis in decis. aureis, p. 2. lib. 1. c. 1. 2. num. 66. in fin. & n. 73. casu 2. Perez 1. 7. gloss. & col. 2. lib. 1. 5. lib. 8. Ordin. Morl. in emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 9. n. 51. Sord. de alimento. tit. 7. q. 17. num. 1. 9. cum seqq. Bernard. Græne. ad pract. cam. Imper. lib. 2. concil. 2. 7. num. 24. Farin. in præc. cam. Imper. lib. 2. cum seqq.

3. Limitant tamen aliqui supradictam conclusionem non procedere vbi taliter notorium esset adulterium, ut nulla prorsus tergiuersatione celari posset, nullusque inficiatio effet locus, de qua limitatione Coar. de spons. p. 2. c. 7. §. 5. n. 12. Petr. de Ledefina de Matrim. q. 6. 2. art. 3. in fine. Vega in summa, tom. 1. c. 1. 3. casu 1. Fr. Emman. etiam in summa, tom. 1. c. 2. 40. num. 4. Henric. lib. 11. 16. 17. n. 2. incho. comment. lit. I. Sanch de Matrim. lib. 1. 0. disp. 1. 2. n. 13. D. Barbola in rubr. ff. solut. Matrim. lib. 1. 2. 6. Farin. d. q. 1. 43. n. 52. qui duo ultimo loco citati ex hoc inferunt conciliacionem ad text. in presenti, cum cap. significasti, infra hoc tit. ut scilicet text. in presenti, loquatur in notoria consanguinitate, qua tamen celari aliqui modo poterat, ut vero text. in d. cap. significasti, agit de notorio adulterio, quod nulla tergiuersatione celari potest, tunc enim notorium impedit restitutionem, quando tale est ut nullo modo tegi valeat: que quidem conciliatio facilis est, ac veritate nittitur, licet DD. diuersimode in his iuribus conciliandi locuti fuissent, Nam Butr. hic n. 9. Zabar. n. 3. Abb. n. 9. Alex. de Neno, n. 11. Conat. d. n. 1. 2. dicant in presenti non esse statutum, quod concedatur restitutio vxori expulsa ob notorium consanguinitatem, sed tantum prohiberi, ne vir tunc propria auctoritate a se vxorem expellat, etiam si notoria sit consanguinitas, at vero in d. cap. significasti, non decidi posse vxorem notorio adulterantem expelli propria auctoritate viri, sed vxorem sic expulsum, quamvis temere, minimè esse restituendam, Nauar. vero cons. 6. n. 2. sub tit. de conuers. coniugat. in antiq. & cons. 1. n. 2. in nonis, assertus text. in presenti, loqui in consanguinitate notoria, cuius exceptio minimè restitutio impeditur c. significasti, in adulterio notorio, quod restitutio facienda obstat. Deinde Brunel. de spons. concil. 30. n. 12. casu 4. & Gaeta d. 8. 4. n. 2. 16. Graffis d. n. 6. & alii dicunt nostrum text. qua-

tenus concedit restitutio in adulterio notorio, intelligendum de commissio ante spolium, at d. c. significasti, illam denegans de commissio postea. Denique Francisc. Molin. de ritu mpt. lib. 1. comp. 2. n. 43. dicit le noue & præter alios existimare, ideo in hoc text. ob notoriem etiam consanguinitatem non potuisse mari-

tuum vxorem expellere propria auctoritate, quia nulla vxoris culpa a marito poterat imputari in casu d. cap. significasti, non fuit vxor restituta quod ea adulterium commisisset, & culpa sua cuilibet est nocua, quinimo vxor illie nedum lemel adulterium commisit, sed & adhuc post dimissam a marito eo prætextu iterum cum alio coenit lobalem ab eo suscepit, atque ideo ne ex propria culpa & delicto commodum consequatur, inquit ibi vium fuit Romano Pontifici fore restitutum. Verum his, & aliis reiectis intellectibus, quos adducunt Menoch. remed. 1. xcvi. n. 12. 3. cum seqq. & Sanch. d. disp. 1. 2. n. 58. priori, quem supr. ex Farin. & Barbola adduxi propter eius facilitatem, & tantorum virorum auctoritatem, inhærendam mihi videtur, quem olim inter disputandum in Conimbricensi Academia libenter amplexus fui.

4. Ilicitio. ] Id est, in malo, ut intelligit Sanch. de Matr. 5 lib. 1. disp. 2. n. 8.

Tuus officij interest Matrimonia, &c. ] Notatur ad hoc, quod potest index ex officio parte innita procedere ad retractandam sententiam in coniugali causa latam, vbi de errore certior factus fuerit, ut per Sanch. d. tract. de Matrim. lib. 1. 7. disp. 1. 00. n. 3. Et potest etiam ex officio inquirere super consanguinitate coniugis ne inter eos iniunctæ coniurantur nuptiae, ut per Socin. reg. 197. fallent. 1. 6. Farin. fragment. crimin. p. 2. lit. I. n. 3. 54.

## S V M M A R I V M.

1. Vxor petens restitutio mariti repellitur si notoria fornicata est, & maritus continuit.
2. Vir propter adulterium vxoris non potest propria auctoritate illam expellere.
3. Adulterium notorium dicitur quando est facti permanentis.
4. Spoliari dicitur mulier de domo viri & sponte rediens si volens redire non admittatur.
5. Adulterium commissum ab vxore propter sanitiam mariti ab eius domo aufugiente, potest accusari per maritum.
6. Mulier ab adulterio non excusat si dicat illud propter famam commissum.
7. Separatio thorii propter adulterium vxoris impeditur si vxor incipiat de eodem adulterio viri, vel è contra declaratur ibi multipliciter.
8. Adulterio notorio exceptio, seu replicatio impedit restitutio in viri, aut vxoris eam petentis.
9. Separatio thorii propter adulterium, etiam sit, si vir dederit occasionem, ut mulier fornicetur.
10. Restitutio concedenda est vxori tenuere recenti si postea rediens non admittatur.
11. Maritus aut vxorem sine causa de gentem extra eius dominum.
12. Maritus aut vxorem, que c. si decesserit sua culpa, tamen est parata redire.
13. Spoliatus ante omnia est restituendus, quando agit iudicio possessorio allegans spolium, & parentem se restitui.

Capri

## C A P. Significasti. I V.

**V**xorem dimittens propter adulterium sine sententia indicis, ideo excommunicatur, vxor vero dimissa adhuc adulteratur cum aliis, & tamen petit restituendi iuris dimissam, & habuisse matrem adulterandi a marito, si adulterium mulieris est notorium, non est cogendus ad illam recipiendam nisi constituerit ipsum virum cum alia adulterasse. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hof. Butt. Anch. Panorm. Praepos. Alex. de Neno, Canif. Cujac. Viu. in ration. lib. 4 iuris Pontif. pag. 15. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 599. remissione Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 4. tit. 20. c. 4. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 16. c. 14.

**S**ine iudicio Ecclesie dimissa.] Notatur ad hoc, quod vir propter adulterium vxoris non potest propria auctoritate illam expellere, ut per Cout. de flos. p. 2. c. 7. §. 4. n. 8. est tamen necessarium iudicium Ecclesie, Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 142. Farin. in praxi crim. p. 5. q. 143. n. 229. vbi n. 232. amplia vt nec etiam vir possit vxorem de domo sua expellere propter praetensum adulterium, etiam quod de illo fuerit certificatus ab aliquo viro fide digno extra iudicitaliter, non enim debet sic statim fieri credulus, ut vxorem ex sua domo repellat.

**V**erum mulier non continuit, &c.] Notatur ad hoc, quod notorium isto casu dicitur adulterium quando est facti permanentis, velut quando mulier postquam recessit a viro sobolem proceanit, ita Farin. d. q. 143. num. 7.

**A**fferens se ab ipso iuris dimissam.] Ergo si mulier de domo viri sponte recedat, & tamen volens redire non admittatur, dicitur spoliari, ut per Mascal. de probat. concil. 1. 329. n. 9.

**N**otatur ad hoc, quod si mulier propter saevitiam mariti ab eius domo aufugiat & ita electa adulterio committat, poterit maritus eam de adulterio accusare, qui illud commissum fuisse culpa mariti dici non potest, cum illius culpa ad illud perpetrandum minimè fuerit ordinata, ita D. Barbosa in l. 2. in princ. p. 1. n. 9. in princ. ff. solut. Matrim. vbi etiam cum Menoch. 6. conf. 3. 1. num. 30. resolutum, quod nec mulier excusat ab adulterio, si propter famam dicit illud commisssum.

**N**isi constaret ipsum cum alia, &c.] Notatur ad hoc, quod separatio thori propter adulterium vxoris impeditur, si vxor excipiat de eodem adulterio viri, vel è contra, sit enim iste casu mutua debitorum compensatio, ut docent Cot. in memorab. verbo vxor suscepit de adulterio, Sanch. de Matrim. lib. 10. disp. 5. n. 2. & disp. 8. n. 29. cum seqq. late Farin. d. q. 143. n. 69. cum seqq. vbi n. 71. resolutum quod vt fiat compensatio vnius adulterij cum alio, non attenditur an quis vnum vel plura commiserit adulteria, & n. 73 quod compensatio adulterij vnius coniugis cum altero adulterio datur sive adulteria sint commissa eodem tempore, sive diverso, & n. 79. quod compensatio sit de Sodomia perfecta, & consummata ad adulterium, & de adulterio ad Sodomitiam, & num. 77. cum seqq. quod sit compensatio si cimiliter agatur, & adulterium commissum sit post spoliium.

**A**d eam recipiendam, &c.] Notatur ad hoc, quod exceptio, seu replicatio notorij adulterij impedit restitucionem viri, aut vxoris eam petentis, si enim vxor à viro sine causa expulsa petat virum sibi restitui, & vir de notorio vxoris adulterio excipiat, impedit petitam restitucionem: & è contra si vxor, que sine

causa à suo marito aufugit, viro petenti sibi eam restituiri, excipiat de notorio viri adulterio, pariter impedit petitam restitucionem, ita Farin. d. quæst. 143. num. 53.

In gloss. Materiam, in princ. ibi, sed contrarium est verum, &c. Notatur ad hoc, quod separatio thori propter adulterium etiam fit si vir dederit occasionem, vel mulier fornicetur, veluti expellendo eam de domo, denegando alimenta, & quid timile, ut per Farin. d. quæst. 143. num. 12.

In ead. gloss. ibi, sed pone quod mulier recessit, &c. Notatur ad hoc, quod vxori temere recedenti concedenda est restitutio, si postea rediens non admittatur, ut per Sanch. d. lib. 10. disp. 12. n. 16.

In ead. gloss. ibi, sed nunquid poterit a viro petere, &c. Notatur ad hoc, quod maritus non a vxorem sine causa degentem extra eius domum, ut absque viri culpa propria temeritate ab eius contorno recedit, ut docent Cout. de flos. p. 2. c. 7. §. 5. num. 5. Tiraq. de retrahit. tit. 1. §. 10. gloss. 1. num. 14. C. 16. Lin. in l. si quis a liberis, & si quis ex iis, n. 34. & 35. ff. de lib. agnosc. Brunor. à Sole in locis commun. verbo maria, vers. maritis cogitur, Petri. Gregor. Syntagma, iuris lib. 2. c. 19. n. 4. D. Barbosa in nrbr. ff. solut. Matrim. p. 2. 2. Matienf. l. 2. gloss. 1. n. 52. tit. 9. lib. 5. nona recip. Sanch. alment. tit. 6. quæst. 10. n. 5. & tit. 7. quæst. 7. & quæst. 11. num. 1. Sanch. de Matrim. lib. 9. disp. 4. num. 2. comp. Maritus tamen alt vxorem, que est decedens in culpa, tamen est parata redire, ex Sanc. tit. 1. quæst. 2. num. 26.

In gloss. Si notorium.] Notatur ad hoc, quod spoliis tuis ante omnia est restituendus, quando agit iudicio possessorio, allegans scilicet spoliium, & petens restitutio; si enim agat petitorio, non statim restituenda est, sed audiatur exceptio, ut per Sanchez d. diff. n. 1. num. 18.

## S V M M A R I V M.

**M**atrimonium separatur propter adulterium mulieris, & si vir postea fornicatur, reintegratur.

**A** adulterium probatur per confessionem vnius ex conjugibus quod effectum separationis thori.

**A** adulterij pona effugere potest viro propter eam saevitiam, aut propter famis necessitatem.

**M**atrimonium reintegratur si facta separationis thori propter vxoris fornicationem maritum cum eam fornicetur.

**C**onfessio calore iracundia emanata a confessionem nec.

**A** adulterium si vxor, aut vir committat, dier quod est innocens, non solum potest a novi separari, sed etiam eo viuente ingredi religionem, aut Ordinem suscipere.

## C A P. Ex literis. V.

**V**xor si fornicatur, fit diuornitum, si deinde Matrim. adulteratur, compellitur redire ad vxorem, & cohabitent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hof. Butt. Anch. Panorm. Praepos. Alex. de Neno, Canif. Cujac. Viu. in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 115. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 600. remissione Xafal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 4. sub tit. de clande. ff. de flos. lib. 4. c. 3.

**C**apit publicè confiteri, &c.] Notatur ad hoc quod ad effectum separationis thori probatur adulterium per confessionem vnius ex conjugibus, ut per Farin. in praxi, d. quæst. 143. n. 17. faciunt quæ Brunel. traxit.

de sponsal. concil. 26. n. 2. Franc. Marc. decis. 7. 5. 4. Menoch. de arbitr. casu 103. n. 7. & de presumpt. lib. 3. pref. 1. n. 11. Mafcard. de probat. concil. 103. 1. n. 33. Non obstat certissima iuris regula, qua habet confessionem delicti per se solam non sufficere ad aliquem condemnandum, cum non sit dominus membrorum suorum, liber homo, f. ad leg. Aquil. Clar. §. fin. q. 57. num. 10. vbi Baird. n. 1; cum seq. Dec. in tract. crimin. lib. 5. c. 20. n. 37. Mafcard. concil. 354. a. p. Farin. in d. praxi crimin. q. 2. n. 7. quia quoties delictum confessum nullam habet permanentiam, quia sit facti transiit veluti, adulterium, furtum, & his similia, ex vera & ab omnibus approbata opinione, si cum confessione concurreat pars querela, potest quis ex eo condemnari, ita in specie in criminis adulterij relinquit. Clar. d. q. 55. n. 11. qui ex Boët. & aliis ita obseruati affirmat. Vnde cum in praesenti prius maritus de adulterio vxorem conuenisset, acque postea eadem illud fuerit confessus, nihil mirum si potuit index ex illius confessione thori separationis inducere.

3. *Vixique priuatum continentiam, &c.*] Notatur ad hoc, quod vxor ab adulterijs pœna excusat propter viri seculiam, aut propter famis necessitatem, aut propter paupertatem, vt per Menoch. cors. 31. num. 30. & 32. Baird. ad Clar. §. adulterium, n. 35. cum seqq. Farin. in praxi crimin. q. 141. n. 60.

4. *Prefatam virum ad legitimam uxorem redire compellat.*] Notatur ad hoc, quod si facta separatione thorini maritus cum alia muliere fornicetur, reintegratur Matrimonium, mulierque virum libi restitui petere potest, vt docent Couar. de spons. p. 2. c. 7. 8. 6. n. 5. vbi imo lata sententia, Surd. d. q. 16. n. 52. & tit. 7. q. 4. n. 10. Buccaron. de differ. inter iudicia ciuitalia, & crimin. differ. 1. 31. n. 9. D. Barbol. in l. viro, ac uxore 40. n. 3. ff. solut. Matrim. Farin. d. q. 143. num. 35. Sanch. de Matrim. lib. 1. o. disp. 9. n. 27. cum seqq. vbi ad hoc quatuor recentef Doctorum sententias, quarum ultima ( cui ipse tanquam probabiliti adhæret ) tenet, vt isto casu coniugi nulla competit actio aduersus coniugem, quia fornicatus fuit post sententiam diuerti ad sui fauorem latam, sed bene iudex ex officio ad euitandum fornicationis periculum possit & debeat coniuges reconciliare, & insimul ad cohabitandum cogere.

5. In gloss. *Admonita, ibi, sed si fiat ex deliberatione, &c.*] Notatur ad hoc, quod confessio calore iracundiae emanata confitenti non nocet, vt per Dueu. reg. 2. 9. 2. ampl. 3. & reg. 1. 19. limit. 3. Padil. in l. terror, n. 15. C. de iuriis & facti ignor. Perez L. 3. gloss. 2. pag. 211. iur. 8. lib. 8. Ordin. Ioan. de Selua in tract. de iureu. p. 3. n. 30. Tiraq. de penis temper. causa 1. n. 25. Mafcard. de probat. concil. 345. n. 56. & concil. 346. n. 20. & concil. 350. n. 20. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo vol aduersary dolo, n. 42. col. 3. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 9. n. 24. Franc. Molin. de ritu mpr. lib. 1. comp. 30. n. 6.

6. In gloss. *Redire, fin. ibi, & vixque altero iniusto manuferium intrare poset.*] Notatur ad hoc, quod si vir aut vxor commisissent adulterium, alter, qui est innocens, non solum posset ab adulteria separari, sed etiam ea viuente ingredi religionem, & sacros Ordines suscipere, quia licet maneat vinculum coniugale, tamen neuter tenuerit alteri, & quilibet ceſſit iuri suo, vt per Stephan. Gratian. difcept. forens. c. 102. num. 24. Sanch. de Matrim. lib. 1. o. disp. 11.

S V M M A R I V M.

1. *Vxor si à viro in heresim lapsa propria auctoritate disertit, ad eum reuersum redire compellitur.* Barbol. Collect. Tom. II.

secus si per indicem Ecclesiasticum ab eo fuisse separata.

2. *Hereticum maritum expellere potest vxor propria auctoritate non expectato Ecclesiæ indicio.*
3. *Vxor qua propter viri heresim ab eo discessit propria auctoritate tenetur redire si vir ad fidem convertatur.*
4. *Catholicus quomodo possit à coniuge heretico propria auctoritate separari, offenditur.*
5. *Vxor separata indicio Ecclesiæ à viro propter eius heresim non tenetur amplius redire ad eum.*

### C A P. De illa. VI. *Urban. III.*

**M**aritus si labatur in heresim, & vxor propria auctoritate divertit, si maritus convertitur, vxor debet reuerti, & est compellenda, si fuit separata per sententiam indicis, non est compellenda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Buttr. Anch. Panorm. Praepol. Alexander de Neno, Canis. Cened. collect. 169. Cujac. Viu. in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 116. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 600. remissio Ximen. in concord. p. 1. & 2. refutatur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. iur. 10. c. 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 50. c. 63. §. & illa vero.

*Sine indicio Ecclesiæ declinavit, &c.*] Notatur ad hoc, quod vxor potest propria auctoritate maritum hereticum expellere, non expectato Ecclesiæ indicio, vt per Surd. de aliment. tit. 7. q. 21. n. 6. vbi etiam dicit quod hic est casus in quo vxori agenti possessorio recuperandæ ad coniugem, qui dimit propria auctoritate, obstat exceptio spiritualis fornicationis, quia non potest fide salua esse tuta cum illo: addit etiam quod haec est via ex differentiis inter carnalem, & spirituali fornicationem, quia pro carnali vxor non expellitur propria auctoritate nisi delictum si notoriū, sed id licet pro spirituali proper periculum infestationis.

*Et cum reuersus fuerit, &c.*] Notatur ad hoc, quod vxor, que propter viri heresim ab eo discessit propria auctoritate, & sine indicio Ecclesiæ, tenetur redire, si idem vir ad fidem reuertatur, vt per D. Barbol. in rimb. ff. solut. Matrim. p. 2. n. 2. in fine, vers. non obstat secundo, Gutier. canon. lib. 1. c. 1. n. 20. Cened. ad Decret. collect. 1. 3. n. 1. Ludou. Beia respons. ex summa conscientie, p. 4. casu 30. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 15. 3. n. 12. o. cum seqq. Sanch. de Matrim. lib. 1. o. disp. 15. n. 1. 3. vbi afferit ita fateri omnes DD. nisi effet timor probabilis factus, & non vera conversionis, & sic non cessaret periculum pernersionis Catholici, & n. 1. 4. ampliat etiam quod Catholicus, qui propria auctoritate ante sententiam indicis ab heretico diuertit, ingressus fuisse religiōnem, eidem reuerto est restituendus, quia ante sententiam diuerti non est licitum coniugi Catholicis religionem ingredi.

*Indicio Ecclesiæ.*] Aduerte quod, vt Catholicus diuertatur ab heretico separatus auctoritate, ac indicio Ecclesiæ, non desideratur specialis diuerti sententia, sed tantummodo indicium illud Ecclesiæ, id est, sententia indicis Ecclesiastici, qua declaratur illam esse hereticum, ita huiusmodi sententia, absque alia separatione integrum erit Catholicus omnino diuertere, vt docent Castro de iusta heret. puni. lib. 2. c. 7. Cou. de spons. p. 2. c. 7. 8. 5. n. 5. Iacob. de Graff. in decis. iur. p. 1. lib. 2. c. 8. 4. n. 16. D. Barbol. d. p. 2. n. 21. & 22. Sanch. d. disp. 15. n. 20.

*Et non nullatenus ducimus compellendum.*] Notatur ad hoc, quod vxor separata indicio Ecclesiæ à viro propter eius heresim non tenetur amplius redire ad eum

E E etiam

etiam redeuntem ad fidem, ut per D. Barbol. d. p. 2.  
n. 1. o. in fine, vers. secundus est. Farin. d. q. 1. 43. n. 1. 23. vbi  
n. 1. 25. intelligit dummodo uxor sit a viro iudicio Ec-  
clesiae separata propter haeresim ingressa, & professa  
fuerit religionem, secus si religionem non fuerit in-  
gressa, aut ingressa, sed non professa, tunc enim viro  
redeundi ad fidem restituenda est, etiam quod iudicio  
Ecclesiae fuerit separata, testaturque sic vidisse com-  
muniter Doctores distingentes, & concordantes  
text. in presenti, cum cap. seq. in fin.

## S V M M A R I V M.

- 1 Coniugale vinculum non dissoluitur altero coniugum fidelium in haeresim lapso, sed si unus infidelium coniugum convertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, aut sine pec-  
cato mortali, solvitur coniugium, & coniugus  
contrahere poterit.
- 2 Papa errare non potest cum aliquid definit tanquam  
summus totius Ecclesiae p[re]f[er]ens, & p[ro]f[es]tor.
- 3 Matrimonium inter fideles contractum alterutro ad  
fidem Christi conuerso dissoluitur tribus concur-  
rentibus.
- 4 Matrimonium tenet si alter coniugum labatur in  
haeresim.
- 5 Matrimonium verum & legitimum est apud infi-  
deles.
- 6 Fidelis cum infidele habitare quando dicitur cum  
contumela Creatoris, offenditur.
- 7 Coniux unus si post alium ad fidem convertatur, pri-  
mus coniugus restituitur secundo conuerso si res  
est integra.

## C A P. Q u a n t o. V I I. I n n o c. III.

- 1 M atrimonium inter infideles contractum solui-  
tur si unus convertatur, & alter non vult co-  
habitare sine iniuria Creatoris, & coniugus potest  
aliam dicere, quia erat verum Matrimonium, sed non  
tatum. Si fidelium coniugum alter fiat hereticus, vel  
infidelis, relictus non potest alteri nubere, quia non  
soluit Matrimonium, erat enim tatum per Sacra-  
mentum fideli, quod durat cum vita, & si qui remanet,  
est cogendus redire ad eum si revertatur ab haeresi,  
vel infideitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.  
Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hof. Baer. Anchar. Panorm.  
Præpol. Alex. de Neuo, Canif. Cajac. Viuin. in ration.  
lib. 4. iuris Ponit. pag. 117. Alagona in compend. iuris  
Canon. pag. 600. remissiæ Ximen. in concord. p. 1. & 2.  
refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 4. tit. 14.  
cap. 1.
- 2 Liecit quidam Prædecessor noster, &c. ] Gloss. verbo  
Prædecessor, in presenti, dicit huiusmodi prædecesso-  
rem fuisse Cœlest. I II. & ex iis verbis aliqui collige-  
re videntur Romanum Pontificem errare posse cum  
aliquid definit tanquam summus totius Ecclesiae p[re]f[er]ens,  
& p[ro]f[es]tor, sed occurrit Azot. i[n]f[er]m. moral. p. 2.  
lib. 5. c. 4. q. 3. vers. secundu[m] obicitur, respondens nihil  
ex hoc text. probari, nec enim consequens est si ali-  
quid in corpore iuris continetur, ut eo ipso sit à Pon-  
tifice dissimilatum, multa enim in corpore iuris haben-  
tur, quæ Pontifices non definit, sed dicunt suam  
sententiam tantummodo referentes, & ideo hic text.  
caute dicit, prædictum Prædecessorem sensisse, & non  
dissimile.
- 3 Si enim alter infidelium, &c. ] Notatur ad hoc, quod  
Matrimonium inter infideles contractum alterutro ad

fidem Christi conuerso dissoluitur, potestque Chri-  
stianus statim contrahere cum alia tribus concurren-  
tibus causis; prima est cum infidelis converti fidelis  
res p[ro]p[ri]t[er]e connectum: secunda cum non vult sine iniuria  
Creatoris cum fidei commorari, tertia cum ex commi-  
tu infidelis fidei perniciis atque animi extirpatione per-  
maneret. Ita docent Aegid. de Sacram. tom. 2. dif. 16.  
dub. 5. n. 58. Bonac. de Matrim. q. 3. punt. 7. n. 4. Paul.  
Comit. reffons. moral. lib. 1. q. 12. 6. vers. quarta, cum seq.  
vbi in vers. sextam, assert probabilis esse tribus in  
de causis non ipso iure Matrimonium cessare infi-  
lium, sed tunc demum cum secundum est legimus  
Christi Ecclesia celebratum, quod etiam tener Hes-  
riq. in sum. lib. 1. o. 8. n. 4. vbi in comment. S. illorum  
non approbat opinionem negantum valere Matrimo-  
nium secundum fidelis, si infidelis coniux moni-  
velleret quidem remanere sine contumela Creatoris,  
sed non vult converti, de quo etiam Bonac. d. p[ro]p[ri]o  
n. 6. vbi contrarium sequitur.

Si vero alter fidelium, &c. ] Notatur ad hoc, quod  
alter coniugum labatur in haeresim, tener Matrimo-  
nium & in nullo caso dirimir conformatum, ut reg.  
Basil. Pont. de imp[er]t. Matrim. c. 21. in fine, idem reg.  
ipsem. Basil. Pont. in suo nonissimo tract. de Sacra-  
trime. 4. 8. m. 27. aduertens n. 28, quod quavis Mat-  
rimonium teneat etiam si vno ex coniugibus labetur  
haeresim, attamen cohabitatio illicita, vnde p[ro]p[ri]et  
ur thoros, & domicilium, nisi confundendu[m] quia  
periculum abest, huiusmodi prohibito abrogatur,  
quo sit ut apud Gallos, Germanosque sine vlo p[ro]p[ri]et  
Catholici Matrimonia cum hereticis contrahant,  
& cum iisdem cohabitent.

Quod est Matrimonium verum inter infideles, &c. ]  
Notatur ad hoc, quod apud infideles est vires & le-  
gitimum Matrimonium, ut per Sanch. de Matrim.  
disp. 9. & lib. 7. disp. 7. 3. n. 2. Cened. ad D[omi]n[u]m. ad alib. 7.  
n. 2. Paul. Comit. d. 9. 1. 26. vers. tertia, optimè Sanc.  
Sacram in genere, lib. 2. c. 5. art. 3. vers. secunda p[ro]p[ri]o  
vbi assert quod si Matrimonium inter fideles contrah-  
tur, verum esse potest, non tam inter eos Sacra-  
mentum est, dicit enim à Summo Pontif. in presenti lo-  
iusmodi Matrimonium esse verum, quia est validum,  
non tam est ratum, id est, non est omnibus modis  
indissolubile, quia non est Sacramentum.

Non tamen est ratum, inter fideles autem verum, &  
ratum, &c. ] Ergo Matrimonium fidelium est tam eti-  
quod fidelium est ob suscep[ti]onem Sacramentum est,  
ita Magist. in 4. disp. 39. cap. fin. in ultimis verba,  
Palud. ad eum disp. 9. 1. concl. 3. Richard. art. 1. q. 1. Gô-  
lelm. Rubion. q. 2. art. 3. Ioan. Mai. q[ua]s[er] 2. Thos. de  
Argentina q. 1. art. 1. De ea Hispan. disp. 16. q. 1. art.  
in foli. ad 5. dub. contra primam conl[us]ionem. Durand. disp. 1.  
q. 3. n. 14. S. Antonin. p. 2. rit. 1. c. 6. quos refer nouis-  
mè Basili. Pont. de Sacram. Matrim. lib. 1. c. 1. 3. à p[ro]p[ri]et  
vbi n. 5. in hac verba. Quare quod nonnulli Doctores  
affirment Matrimonium effici ratum qua Sacramentum  
est, si velint idem esse Matrimonium ratum, & c[on]tra  
Sacramentum, sumpta proprie[te]te voce Sacramentum, v[er]o  
quod falsum est. Nam Matrimonium infidelium cum  
fidem transeunt sit ratum, ut docent Ambro. (f[ac]et 1. ad Corinth. 7.) & Innoc. (leitice in presenti, &  
tamen non est, nec potest esse Sacramentum. At in  
mine Sacramenti intelligent vinculum Matrimonii  
quod ratione huius arcana significatio dici fale  
Sacramentum, ut dictum est, recte interpretari pos-  
sunt, ut idem sit, si dicere fieri ratum sub-  
ptione Baptismi, cum in ea susceptione conuenia  
Matrimonii vinculo ex ratio Sacramenti, scilicet  
significatio coniunctionis Christi cum Ecclesia, &  
dictum est. Cum autem dicunt esse insolubili.

qui ratum, & ratum, quia indissoluble, recte dicunt, loquuntur autem de insolubilitate extrinseca, vel dictum est, que illi accedit ex susceptione Baptisimi, quatenus cessat iam casus ille, in quo poterat dissolui in baptizati fauorem.

6 *Consumelia Creatoris.*] Contingit autem quando infidelis compellit fidem ad peccatum, vel quando infidelis non vult nomen Dei, aut Christi audire, nisi cum despectu; vel quando nomen Dei blasphematur, vel impedit quoniam debitus honor, aut laudes Deo exhibeantur, vel quando retrahit familiam a Christi fide, ita Valent. tom. 4. disp. 10. q. 1. punct. 3. Sanch. lib. 7. disp. 7. 4. n. 6. Reb. de obliq. infit. p. 2. lib. 3. q. 10. sect. 2. n. 2. quos refert, & sequitur Bonac. d. punct. 7. n. 5.

7 In gloss. Si relinguuntur, ibi, si autem antequam contrahat cum alia, &c. Notatur ad hoc, quod si unus coniux post alium ad fidem convertatur, primus convertitus restitutus secundo conseruatur, si res est integra, id est, si alteri prius non nuper sit, & sic inter eos reintegratur Matrimonium tamquam nouum, ita Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 14. 3. n. 119.

## S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 *Infideles Matrimonio coniuncti in primo gradu consanguinitatis si ad fidem convertantur, separandi sunt.*
- 3 *Sacramentum coniugij quomodo dicatur apud infideles existere, ostenditur, & n. 4 & 5.*
- 4 *Habitatio fidelis cum infidelis quando poterit esse sine consumelia creatoris, quo tempore permisit, ostenditur.*
- 5 *Indai, & infideles licet contrahunt in gradibus per leges Canonicas prohibitis.*
- 6 *Papa an super infideles habeat potestatem secularis gubernatinam, remisit.*
- 7 *Coniugia an soluntur per Sacramentum Baptisimi.*
- 8 *Polygamia inre diuino, Euangelico, naturali, & humano prohibita.*
- 9 *Papa non potest dispensare in pluralitate vxorum.*
- 10 *Contrahens cum pluribus simul vincentibus quas pateras incurat, remisit.*
- 11 *Inquisitores contra hereticam prauitatem possunt procedere & punire contrabentem cum duabus.*
- 12 *Parentes an sint plus diligendi, quam vxor.*
- 13 *Parres veteres legis antique pluribus vxoribus coniuncti immunes fuerunt a culpa.*
- 14 *Matrimonio vinculum non dissoluitur propter coniugis adulterinum.*
- 15 *Repudium quare fuisse licitum Hebreis, ostenditur.*
- 16 *Matrimonio an statim ut infidelis convertitur ad fidem dissoluitur, ostenditur.*
- 17 *Infidelis ad fidem conuersus non potest diuertere ab infidelitatem coniugio, obiciens ei fornicationem tempore infidelitatis.*
- 18 *Matrimonio separatio si Ecclesia sententia facta sit eo quod infidelis noluerit conuerteri, coniugio posse infidelis, integrum est fidei ad religionem migrare.*
- 19 *Heresicus absoluens in foro paenitentia potest accusari in foro externo.*
- 20 *Iudeus effetus Christianus in foro conscientia ab omnibus prateritis peccatis & criminibus absoluens censetur.*

## C A P. Gaudemus. VIII.

1 *Paganis qui habent vxores in aliquo gradu prohibito ab Ecclesia, vt in secundo, vel tertio, vel v. Barbo. Collect. Tom. I I.*

teriori, si convertantur, remanent coniuges, quia per Baptismum non soluntur coniugia, sed crimina dimittuntur. Item habere plures vxores est inimicum fidei Christianae, nec vnguam licuit, nisi quibus fuit divina revelatione concessum, vt Patriarchis, & aliis viris iustis: quare infidelis habens plures vxores, licet primam repudierit, si convertatur, tenetur accipere primam repudiam, nisi illa renuat cohabitare cum illo, vel nisi consentiat, non tamen sine consumelia Creatoris, vel nisi illum pertrahat ad peccandum. Si autem illa prima convertatur, maritus prius conuersus, adhuc non duxit aliam, debet illam primam accipere, nec potest illi dimisit obiciere fornicationem ex eo, quia post repudium alteri nupsit, nisi cum aliis fuerit fornicata. Colligit ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabat. Ioan. Andri. Host. Buttr. Anch. Panorm. Praepos. Alex. de Nenu, Canis. Cujac. Vivian. in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 118. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 601. remissiue Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 4. tit. 14. cap. 2.

5 *Vxores accidentes in secundo, &c.] Non autem in primo lege naturali prohibito, veluti inter ascendentis primi gradus, id est, patrem, & filium, ita docent Petr. de Ledesma de Matrim. q. 5. art. 3. diffic. 1. concl. 1. Vinald. in candelabro, p. 1. Sacrament. tit. de Matrim. n. 189. Valent. p. 4. disp. 10. q. 5. punct. 3. vbi de cognationis imped. vers. quartu conuenit, Henrig. in summ. lib. 12. c. 9. n. 3. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 51. Valer. Reginald. in praxi fori paenit. lib. 31. num. 118. Nec inter collaterales primi gradus, quales sunt frater, & soror, est enim interdictum, ac irritum iure natura. Matrimonium inter eos contractum, vt tenent Petr. de Ledesma d. art. 3. diffic. 3. concl. 1. & difficult. 4. concl. 1. Valent. d. q. 5. punct. 3. tit. de Matrim. cognat. vers. sed tamen contraria sententia, Henrig. d. c. 9. n. 4. plures quos refert, & sequitur Sanch. d. lib. 7. disp. 52. num. 1. vbi num. 1. 2. insert infideles Matrimonio coniunctos in primo gradu consanguinitatis linea transuersa, vt sunt frates, separando esse dum ad fidem convertantur, & huiusmodi Matrimonium inter fratrem, & sororem, vt prohibita lege naturali Ecclesia, vel Papa dispensatione permitti non posse, resoluit Azot. infit. moral. p. 2. lib. 5. c. 3. quas. 2. versic.*

6 *communis.*  
Cum Sacramentum coniugij apud fideles, & infideles existat.] Laborant maximè DD. in declarandis huiusmodi verbis cum prima facie videantur difficultissima resolutionis. Difficultatem facit, quia Sacraenta non reperiuntur nisi in Ecclesia, cap. quia ex sola 24. q. 1. cap. extra Catholicam 1. q. 1. itavt extra illam nullum reperiatur, cap. plerisque, §. hinc est 2. q. 7. cum similibus; cum ergo Iudei, & infideles sint extra Ecclesiam, iuxta Apostoli auctoritatem, quem refert text. in presenti, Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, indicare, 1. ad Corinth. c. 5. & latè comprobat Card. Bellarm. in terra controversia generali, lib. 3. c. 3. Ratio est, quia cum carant Baptismate, quod est ianua omnium Sacramentorum, cap. veniens, de Presby. non baptiz. consequens est, vt omnes qui Baptisimi gratiam non sunt aequali, in Ecclesia esse diei non possint, cap. firmissime, de consecr. disp. 4. cap. maiores de Baptismo.

7 *Quare DD. diuertas exquirerunt solutiones, in*

8 *primis Conat. de sponsal. p. 2. c. 1. §. vnic. n. 4. tenet Sacramentum coniugij apud infideles existere habitu, non vero actuali vero, vt sunt Verac. Petr. de Ledesma, & alij, quos refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 8. n. 1. dicunt appellari in presenti, Sacramentum Matrimonium infideliū large, & impropiè, in quantum aliquo modo designat viuonem Christi cum*

EE a Ecclesia,

Ecclesia, licet in proprio, quia fide carent. Non tamē tandem Anton. Ricc. in tract. de iure person. extra grem. Eccles. exist. lib. 2. c. 1. num. 8. dicit Matrimonium dupl. citer posse considerari. Primo uti nature contractus, & remedium concupiscentia, & uti signum rei facta non conferentis gratiam, & hoc modo repertur etiam inter Iudeos DD. in 4. sent. dist. 39. art. 1. vbi Sot. in 1. conclus. Alio modo addit idem Ricc. posse Matrimonium considerari, uti Sacramentum institutum a Christo, & hoc modo non repertur nisi inter Christianos, prout evincunt ea, quae supra memorauimus, in confirmationem difficultatis.

Ego vero semper aduertendum duxi, Sacramentum esse nomen generale, de cuius ratione latet in genere est quod sit rei sacra signum. Sacraenta autem in genere sumpta in duas partes diuiduntur, in Sacraenta scilicet legis veteris, ac naturalis; & legis nouae, ac Evangelica, que licet inter se multum differant, tamen omnia dicantur Sacraenta, & sic appellantur a Concilio, & sanctis Patribus, & ideo Matrimonium apud infideles dicitur Sacramentum, non quidem noua legis, sed legis naturalis; quia specialiter institutum est, tum quia significat rem sacram, id est, unionem inter Christum, & Ecclesiam, & hoc modo accipitur Sacramentum coniugij in praesenti, quod in genere est apud fidèles, & infideles, sed diverso modo apud hos imperfictum significans tantum, & non efficiens; apud illos vero significans, & efficiens, ac gratiam conferens, quod post alios bene explicat Sot. in 4. dist. 26. quest. vniq. art. 3. & dist. 29. q. 1. art. 1. Specul. coniug. p. 3. art. 3. nonissimè Basil. Pont. de Sacramento Matrimon. lib. 1. c. 6. n. 6. & communis Theologorum interpretatione, iuxta quam declarandum est, cap. vlt. de translat. cap. vlt. de presb. non baptiz. & conciliabitur cap. quanto hoc tit. cum text. in praesenti, quia in hoc Sacramenti nomen sumitur in genere, in illo vero sumitur in specie pro Sacramento nonæ legis, & sic etiam DD. qui videntur sibi aduersari ad concordiam reducuntur.

Vtrum autem Matrimonium ab infidelibus contractum, si postea ad fidem convertantur per Baptismum verum sit Sacramentum nouæ legis? quod est dubia, in qua Ioan. Eccl. homil. 37. de Matrim. Palnd. in 4. dist. 26. q. 4. S. Antonin. p. 3. tit. 14. cap. 9. §. 3. ad med. affirmant verum esse nouæ legis Sacramentum, dummodo tamen post Baptismum pristinum Matrimonium in fidilitate contractum novo consensu conficitur, quasi nouus ille consensus tempore habili expressus Sacramentum faciat, sicutque apud vtrloque Indos obseruatum. Specul. vero coniugatorum p. 2. art. 26. affirmat Sacramentum esse, sed nouum consensum post Baptismum negat esse necessarium, nam cum idem Matrimonium maneat, quod post Baptismum non dissoluitur, ex text. in praesenti, & in cap. si infideles 28. q. 1. sequitur quod nouus consensus non facit nouum Matrimonium, nec prestat nouam formam, & materiam, & per consequens necessarius non est ut efficiatur Sacramentum; vnde concludit, quod licet laudabilis sit consuetudo Ecclesie, quæ iubet infideles post Baptismum pristinum Matrimonio novo consensu confirmare, necessarium tamen non est. Durand. verd. d. dist. 29. q. 3. validissimo argumento contendit Matrimonium infidelium nec ante, nec post Baptismum esse Sacramentum, at enim in omni Sacramento factum esse necessarium, quia consistit in opere operato, sed in illo Matrimonio factum ante Baptismum non facit Sacramentum, factum vero post Baptismum, non facit Matrimonium, quia cum per Baptismum solutum, non facit, de nouo fieri non potest. Baptismus vero per se

non potest Matrimonium Sacramentum facere, licet ad illud necessaris sit; ergo Matrimonium Sacramentum non est, quia sententia probabilis est, & facta que afferere Matrimonium infidelium post Baptismum consequi Sacramenti præfertur cum hoc minis resolut Viger. de inst. Ecclesiastica, c. 15. vers. 9.

[Non illam dimittam, &c.] Olim tempore primitive Ecclesie & sexcentis proximis sequentibus annis propter frequenter i. infideli conversionem, quae auctoritate, ex consilio Apostoli ad Corin. i. c. 1. mandabatur, fuit habitatio coniugis fidelis cum infidelis, quando habitare volebat sine contumelia Creatoris, ut decret. D. Augusti relatus in cap. iam nunc, & sequenti. q. 1. succentibus tamen temporibus vita compoditum est non modicum perniciem periculum invenire fideli ex similitudine habitatione cum infidelis, & proprietas consuetudine Ecclesie receperunt et, & praecptum induerunt, ne coniux ad fidem convertit, permittatur cum infidelis cohabitare, text. in cap. ibid. 28. q. 1. D. Thom. Sylvest. Durand. Gab. 8. quos referit, & sequitur Sanch. lib. 7. dist. 1. n. 12. n. 13. extendit procedere etiam si subfieri aliquo per conversionis.

Qui constitutionibus canonis non arctantur. Nutur ad hoc, quod gradus per canonicas constitutiones veritis in matrimonio contrahendit, non vendit sibi locum in matrimonio inter Iudeos, seu infideles sed ipsi licet contrahere in gradibus per Canonis prohibiti, ita docent Innoc. in cap. super his de vir. Barbat. conf. 1. n. 4. Felin. in cap. ad hoc. n. 1. lib. 1. n. 1. Brun. in tract. Iamib. matrem. art. 6. lib. 1. n. 1. vers. ad hoc facit. Marquard. de Iudeis. p. 1. c. 4. n. 8. a ea ratione, quia Iudei, & infideles non ligantur constitutionibus, quae ab Ecclesia feruntur, ad dictionem regimini spirituale, ut docent Sord. conf. 11. lib. n. 6. & 18. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 8. n. 59. Sanch. lib. 6. dist. 1. n. 3. & alijs plures quo se fert, & sequitur Ricc. lib. 2. c. 3. in primum quia Ecclesia non potest infidelibus impedimenta Matrimonii dirimentia statuere, Sanch. lib. 7. dist. 1. n. 3. vbi tamē libenter facit posse Pontificem non tanquam Ecclesiasticum Principem, sed tanquam temporalem impedimenta dirimentia Matrimonium infidelibus inhabitantes loca suæ temporali iurisdictioni subdita decernere. Vnde Matrimonia contraria per Iudeos & infideles in gradibus humana lege prohibiti potest conversionem ad fidem non separari, refutat Ricc. 4. n. num. 9.

De his, que foris sunt indicare. ] Vt in Summa Pontifex super infideles habere posse pote statuere generali gubernatiuam, ac proinde cognoscere, indicare, & disponere de eorum negotiis facilius lat. disputauit de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 3. c. 2. n. 6. cum seqq.

Cum per Sacramentum Baptismi non solvantur coniugia. ] Ergo non eo ipso quod alter ex coniugib[us] infidelibus ad fidem convertitur altero manente in infidelitate, dissoluntur coniugium, de quo vide Sanch. lib. 7. dist. 6. n. 6.

Nec vili unquam licet plures uxores habere. ] De polygamia iure divino Evangelico, naturali, & humano prohibita, vide Tiraq. l. 7. corrob. glof. 1. p. n. 2. o. cum seqq. vbi adducit plurium gentium testimonia, quæ plures habent uxores, & eni[us] plures quibus non permititur. Henr. in Summa. lib. 12. cap. 6. Menoch. de arbitr. casu 42. o. num. 1. cap. seqq. plures quos refert Sanch. lib. 7. dist. 8. o. quibus

adde Fatinac, in praxi crimin. p. 5. q. 140. n. 2. Ludon. de Sotomaior, insignem praetorem meum, super Cantic. cap. 6. in verbo sexaginta sunt Regiae, pag. 1091. Basili. Pont. de impediment. matrim. cap. 13. & de matrim. lib. 7. cap. 49. Gutier. de matrim. cap. 106. Bonac. cod. tract. 9. 3. punc. 10. a princ. nouissime Illustriss. D. mens Roderic. a Cunha post primam huius libri imprefactionem vñus in comment. ad cap. Christiano, dist. 34. pag. 261.

11. *Vnde* Summus Pontifex cum dispensare non possit in iure natura, vel Diuino, non potest in pluralitate vxorum dispensare, vt docent Lede'ma de matrim. q. 6. art. 2. conclus. 3. Valent. tom. 4. dist. 10. q. 1. punc. 3. Sanch. d. disp. 8. o. n. 8. Egid. de Sacram. & censur. tom. 2. dist. 26. dub. 2. n. 20. Reginald. d. lib. 31. n. 4. & alij quos referunt, & sequuntur Bonac. dist. punc. 10. num. 4. vbi n. 6. resoluti infideles contrahentes matrimonium cum multis foeminiis inuidiè contrahere, tenerique cum prima habitate, si ipsa voluerit cum eo permaneant absque Creatoris iniuria: ceteris in infidelitate remanentibus, & quanvis omnes vxores, quas vir habebat tempore infidelitatis, convertantur, præter primam non leuent cum ipso permaneant volentem, sed cum pertractione ad peccatum, aut cum iniuria Creatoris, vir non tenetur ullam ex conuersis ducere, in rigore loquendo, quia nulla ex ipsis est eius coniux, excepta prima, ita DD. loco proxime citato.

12. Grauius pena imponitur ei, qui contrahit cum pluribus simul viuentibus, vt constat ex l. cum qui duas, C. de adult. & ex §. affinitatis, vers. qui duas, Inst. de nupt. & apud nostros Lusitanos in Ordinatione Regia, lib. 5. tit. 19. & apud Castellanos in l. fin. tit. 1. p. 7. & in 1. 9. tit. 7. & l. 8. tit. fin. lib. 8. Ordinam. & l. 8. tit. 20. lib. 8. non recip. referunt plura in detractionem huius criminis, diversasque penas secundam diversarum Promiscuarum statuta imponentes, Conar. d. part. 2. de fonsal. c. 7. §. 3. num. 6. Duen reg. 290. vers. limita tertio, Tirac. de iure mariti, gloss. 8. num. 206. & l. 7. coniubiali, gloss. 1. part. 7. n. 24. Gomez. l. 8. 0. Tauri, n. 27. cum seqq. Clar. §. fornicatio. n. 30. vbi Bajard. a. n. 34. Palat. in repet. rubr. de donat. inter virum, §. 5. n. 2. 5. Vnu. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 7. num. 4. pag. 469. Menoch. de arbitrii casu 420. n. 96. cum seqq. & consil. 16. in fin. Cabal. re. ol. criminal. casu 98. Farin. in praxi crimin. q. 140. Sanch. d. lib. 7. dist. 8. o. & 81. plures per Cened. ad Decretal. collect. 17. 1.

13. Inquisidores contra haereticam prænitatem possunt procedere, & punire contrahentem simul cum duabus, vel pluribus vxoribus, tanquam contra sulphatum de haereti, eo quod videatur male sentire de Sacramento, vt docent Perez ad tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 44. in fine, Menoch. d. casu 420. n. 114. & de presump. lib. 5. presump. 6. n. 37. Nauar. consil. 1. de haereticis, n. 8. Azeved. l. 5. n. 3. tit. 1. lib. 5. noua recipil. Gutier. præt. lib. 2. 9. 8. n. 1. Henr. lib. 1. c. 2. n. 3. & lib. 1. 2. c. 6. n. 4. Farin. d. q. 8. 1. 40. num. 24. Emman. do Valle de incantacionibus, & ensalm. scil. 3. cap. 1. num. 14. in princ. & cap. 3.

14. Propter hoc relinquet homo, &c. ] Ergo videtur plus diligendam esse vxorem, quam parentes, contra quartum Decalogi præceptum; & contra Doctorem reformationis afferentium filiam teneri potius atere patrem quam maritum, de qua Surd. de alimento ritul. 1. q. 33. n. 33. Sanch. de Matrim. lib. 9. dist. 4. n. 26. Sed haec verba sunt intelligenda quoad vñionem carnalis copulæ, & cohabitationis, in aliis autem non est defensus pater propter coniugem, secundum D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 11. Ceterum quomodo Adamus dixerit conspecta vxore, propter hanc relinquentum patrem Barbus. Collect. Tom. II.

& matrem, cum patre careret, vide eleganter Colon. Concil. in lib. de Sacram. noua legis, tract. de Matrim. cap. Eß auem.

Nisi cui fuit diuina revelatione, &c. ] Notatur ad hoc, 15 quod veteres Patres legis antiquæ pluribus vxoribus coniuncti culpæ imminentes fuerunt, eo quod Deus cum illis dispensaverit, quo exemplo excusati videntur olim vicini Gentiles, dum ex ignorantia vñus plures ducunt, quibus tamen per se nunquam licuit plures ducere, nec enim illis hic favor privilegij datum est à Deo. Ceterum iam in lege Euangelica eiusmodi dispensatio casta est à Christo Seruatore nostro, quando Matth. 19. reducit Matrimonium ad primogenitum statum in quo vñica vxor licebat, quare nullis fidelibus, nec infidelibus licita est hodie polygamia. Hæc omnia coliguntur ex Card. Bellarmin. lib. 1. de Matrim. cap. 11. propo. 3. & 4. Valent. p. 4. dist. 10. quæb. 1. punc. 3. Henr. in summ. lib. 12. cap. 6. num. 2. Sanch. de Matrim. lib. 7. 7. dist. 8. o. num. 12. cum seqq. Gutier. de Matrim. cap. 10. num. 2. cum seqq. Bonac. d. punc. 10. n. 3. & 4. Basili. Pont. de Matrim. lib. 7. c. 49. num. 4.

Quæ autem secundum ritum suum, &c. ] Notatur ad 16 hoc, quod licet propter coniugis adulterium detur separatio thori, non tamen dissoluitur Matrimonium vinculum, vt per Bajard. ad Clar. §. adulterium, n. 114. latè Sanch. de Matrim. lib. 10. dist. 2. Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 143. n. 33.

Repudiauit. ] Notatur ad hoc, quod repudium fuit 17 permisum non tanquam licitum, sed tanquam minus malum ad vitanda maiora, vt per Conar. de fonsal. p. 2. c. 7. §. 4. n. 4. Tiracel. l. 9. coniub. num. 5. Nauar. consil. 3. in fine, sub tit. de coniug. coniugat. in nosis, Petr. Gregor. syntagma. iuris, p. 2. lib. 9. c. 16. n. 1. & p. 3. lib. 22. cap. 3. num. 26. Sed probabilius est repudium fuisse licitum Hebreis Deo dispensante in lege naturali, cui repudium aduersabatur, vt per Gaet. in repet. cap. ad limina 30. quæb. 1. §. 4. num. 203. Veracruc. p. 2. speculi, art. 10. conclus. 1. Petr. de Ledesma de Matrim. q. 8. art. 3. conclus. 1. & 2. Angles in floribus theolog. 1. p. de Matrim. q. 7. de bigamia, art. 2. dist. 2. conclus. 1. Metin. lib. 4. de sacrorum bonum continentia, controvrs. 1. c. 10. Henr. in summ. lib. 11. c. 8. n. 13. in fine, D. Barbol. in rubr. ff. soluto matrim. part. 2. num. 9. cum seqq. Sanch. de Matrim. lib. 10. dist. 1. num. 5. cum seqq. Maldonat. in Matth. 19. num. 8. q. 2. Azot. inst. moral. part. 1. lib. 6. cap. 1. quæb. 3. circa fin. Rebell. de obligat. inst. lib. 21. q. 1. scil. 1. in fine, Basili. Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 50. num. 1.

Quod si conuersus, &c. ] Notatur ad hoc, quod non 18 statim ac infidelis conuerterit ad fidem dissoluitur Matrimonium, nisi donec ipse ad alias nuptias transeat, itavt generatio vñus sit corruptio alterius, vt per Conar. de fonsal. p. 2. cap. 7. §. 3. n. 5. Nauar. in man. cap. 22. n. 49. & consil. 1. n. 6. & 9. & consil. 2. n. 5. in antiquis, & consil. 1. n. 5. & consil. 3. n. 6. & 9. in nouis, sub tit. de coniug. infidelium, Vinald. in candelabro aureo, 1. part. de Matrim. num. 221. Vega tom. 1. summ. cap. 1. 3. casu 5. & tom. 2. c. 3. 4. casu 145. Angles in floribus theolog. tit. de Matrim. quæb. 12. art. 2. dub. 5. Emman. Sæ in summa, verbo Matrimonium, tit. de impedimentis dirimentibus, n. 8. vers. coniugia ad fidem, Petr. de Ledesma de Matr. q. 59. art. 5. dub. vñic. conclus. 5. Henr. in summ. lib. 1. c. 8. n. 4. Sanch. de Matrim. lib. 7. dist. 7. 5. a. n. 4. Fr. Basili. Pont. de imped. matrim. cap. 21. vers. sed explicandum, pag. 171.

Nisi alias fuerit fornicata. ] Adverte quod infidelis 19 ad fidem conuersus non potest ab infidele diuertere ad fidem coniugio, obicieens ei fornicationem tempore infidelitatis admisam occasione data per coniugem in-

Ecc 3. nocen

C A P. Deus qui. I X. &amp; fin.

nocentem, eo quod noluerit ad consortium maritale admittere illum volentem cohabitare ab que contumelia creatoris, ut per Fr. Basili. de imped. Matrim. c. 2 t. vers. sunt tamen, Sanchez de Matrim. lib. 10. disp. 5. n. 8. vbi etiam afferit non obstat huius textus decisionem, quia co tantum pertinet ut forniciatio tempore infidelitatis admissa non censeatur deleta per Baptismum quoad dinorium ratione illius celebrandum.

20 In glos. Compelletur, ibi, alijs dicunt quod Matrimonium ipso iure non solvit. Vide Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 143. n. 111. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 126. n. 4. nouissime Basili. Pont. in suo tract. de Sacram. Matrim. lib. 7. c. 4. 8. à n. 16. & n. 17. afferit probabilitatem eorum opinionem, qui docent Matrimonium non dissolui ipso iure infidelis discedit, vel pertrahit in peccatum, vel non vult sine iniuria Creatoris cohabitare, sed cum transit fidelis ad secundas nuptias, & in hanc suam sententiam citat S. Thom. Palud. Major. Turrecr. Armil. Sylvest. Navar. Sot. & Valent. & n. 18. reprobant sententiam huius glossa dicentes, licet Matrimonium sit solutum, tamen restitui iure postliminij in favorem fidei, ex eo fundamento quia Matrimonium dici non potest postliminio redire cum eius essentia ex consensu pendat contraenatum, & quoniam cum infidelis sui coniugis consensu pariter sequitur religionem sine nono consensu in priori permanet Matrimonio, necessarium dicendum est illud non fuisse parentum.

21 In ead. glos. lib. sed minquid etiam posset intrare religionem. Notatur ad hoc, quod hæreticus siue ab Episcopo, siue ab Inquisitore, aut ab alio absoluendi facultatem habente, absolutus in foro penitentie, potest nihilominus accusari in foro externo, citari, carpi, & in carcere detinendi, torqueri, & puniri siue canonica, siue civili pena, quia penitentia pro foro interno imposita tendit ad alium finem, nempe ut per illam penitentiam satisfaciat Deo, & ipsi reconcilietur; at pena fori-externi spectat ad vindictam publicam, & Reipubl. satisfactionem, ut per Anton. Gomez tom. 3. var. c. 1. n. 40. Aviles ad c. 2. 5. Pto. glos. la pramatica, n. 10. Penna in directorio Inquisit. p. 2. commento 25. vers. vers. altera quæstio. Azor. infit. moral. p. 1. lib. 8. c. 19. q. 6. & c. 10. q. 10. Sanchez in precepta Decalogi, lib. 2. c. 12. n. 7. tom. 1. Illustriss. D. Roder. à Cunha comment. ad c. 6. n. 5. disp. 19. 2.

22 In glos. Poterit, fin. Notatur ad hoc, quod hæreticus siue ab Episcopo, siue ab Inquisitore, aut ab alio absoluendi facultatem habente, absolutus in foro penitentie, potest nihilominus accusari in foro externo, citari, carpi, & in carcere detinendi, torqueri, & puniri siue canonica, siue civili pena, quia penitentia pro foro interno imposita tendit ad alium finem, nempe ut per illam penitentiam satisfaciat Deo, & ipsi reconcilietur; at pena fori-externi spectat ad vindictam publicam, & Reipubl. satisfactionem, ut per Anton. Gomez tom. 3. var. c. 1. n. 40. Aviles ad c. 2. 5. Pto. glos. la pramatica, n. 10. Penna in directorio Inquisit. p. 2. commento 25. vers. vers. altera quæstio. Azor. infit. moral. p. 1. lib. 8. c. 19. q. 6. & c. 10. q. 10. Sanchez in precepta Decalogi, lib. 2. c. 12. n. 7. tom. 1. Illustriss. D. Roder. à Cunha comment. ad c. 6. n. 5. disp. 19. 2.

23 In ead. glos. lib. dicas quod omne crimen tollitur in Baptismo. Notatur ad hoc, quod in foro poli, & conscientie Iudeus esse & Christianus ab omnibus præteritis criminibus & peccatis absolutus censetur, ut docent Conarr. var. lib. 2. c. 10. sub n. 4. Sot. de alim. tit. 7. q. 1. n. 45. Sanchez d. lib. 10. disp. 3. n. 5. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 98. n. 15. plures per Cened. ad Decret. collect. 2. 3. n. 3. Illustriss. D. Roder. à Cunha ad c. 1. n. 5. disp. 26.

## S V M M A R I V M.

- 1 Fratris reliquit in uxorem accipere non licet, & de facta ducta separanda est, nisi aliter Ecclesia dispenset.
- 2 Affinitatis impedimentum inter Iudeos, & infideles contrahitur, amplia ut ibi.
- 3 Iudei an utantur nostris legibus, remissione.

Fater non potest ducere uxorem reliquit in fratre, licet dispensetur cum noniter conueris, ut remaneant in Matrimonio, quod in infidelitate contrahunt more Moïsæ, ut suscitarent fenen fratris. Coligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zob. Ioan. Andr. Host. Butt. Anch. Panorm. Praepof. Alex. Neno. Canif. Cujac. Vin. in ration. lib. 4. iurius Peleg. pag. 120. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 62. remissione Catal. in annot. & Ximen. in concord. p. 10. 2. refertur ab Ant. Arg. collect. 3. Decret. lib. 4. tit. 145.

VI Matrimonis contractis cum relatis fratum nati. tur. ] Notatur ad hoc, quod inter Iudeos, & infideles contrahitur impedimentum affinitatis, nam in hinc infidelibus ad fidem conueris præcipiter usque quam ad fidem venerint, ducant in uxorem reliquum fratris sui, quod certe Ecclesia non præcipere si impedimentum affinitatis ex Matrimonio contractum pronueniens esset simplex eius invenit, nec aliquis haberet naturalis fæderis quare ita docent D. Thom. in 4. disp. 4. 1. quæst. 2. n. 1. in corpore, vbi hæc vlt. art. 1. D. Antonin. in 3. p. 3. n. 1. t. 1. c. 11. in fine præ. Ricciol. de iure pers. extra grem. Ecclesiast. lib. 2. c. 3. plures quos refert, & sequitur Sanchez. de Maria lib. 7. disp. 6. 5. n. 4. quamvis Henr. lib. 11. c. 4. n. 5. refat impedimentum non contrahi, & ob id omni, quod tempore infidelitatis consummatum Matrimonium cum uxore, posse post Baptismum ducere fortem ex ea. Quam quidem principalem textum, conclusum a nobis desumptum ampliant Ricciol. n. 5. & Sanchez. dictis locis procedere in impedimento affinitatis pronueniente ex Matrimonio rato non consummatu, tantumque in impedimento affinitatis pronueniente et a quo fornicatio, ut apud ipsos videri potest.

Quatenus verò hic textus concedit nouiter conuertit ut utantur Matrimonio contracto cum reliquo fratum, difficilis reputatur à Doctribus, glos. enin. Abb. Praepof. & communis hic, existimat Matrimonium illud fuisse contractum ante Baptismum, & eundem intellectum probant Sot. in 4. disp. 40. q. 2. n. 1. in fine, Con. de sponsal. q. 2. c. 6. 3. 10. n. 3. Sed defendi non potest. Primo quia si ante conuersionem conuertet, nulla Pontificis concilie opus est, Matrimonium enim contra leges Canonicas ab infidelibus contractum valet, & post Baptismum dicitur non potest, ex cap. gaudentius, supra hoc tit. Rursus confunditur ex verbis texti, dum inquit, quia dispensatio non a novo ad fidem conuerorum, igitur confutato nubeculi reliqui fratum erat conuertantur de novo, & fideliū, qui adhuc non erant sati infirmati de collectione legis veteris in his præcepis iudicabilius, quod ad religionem, & ceremonias non pertineant, & arbitrantur post conuersionem se posse reliquit fratum nubere. Deinde conuincit ex illis verbis proper infirmitatem genitum, que parum conuenient his, qui ante conuersionem contraxerant, & nula indigebat venia. Unde verus intellectus est Matrimonium hic fuisse post conuersionem ab his, qui iam erant fideles, & legibus Ecclesiasticis ligabantur, & ideo necessaria illis fuit dispensatio; quod vero textus ait, si tamen iuxta legem Moysæ, &c. eo pertinet, quia si numerus reliqui fratum cum fidebre descendentiū, quia id erat contra legem Moysæ, qui putabant se ea vti posse, Matrimonium non erat bona fide, & info errore factum, neque dispensationem merebatur. Nec obstante hinc interpretationi verba res, ibi, ne tales sibi de causa possum, quam ad fidem conuerint, copulent, quoniam non nulli

Panitia

# De Donation.inter Virum, &c. Tit. XX. 607

Pontifex significare neminem ex ea Ecclesia fuisse  
eatenus consersum, est enim illud falsum, & contra  
manifesta texta verba in principio, conuersorum, sed illud  
deum vult Pontifex quod qui vñque ad illud tempus  
post conversionem sic contraxerant vtantur Matrimo-  
nio per dispensationem, qui vero deinceps contra-  
xerint post conversionem, careant dispensatione illa,  
& ideo præcipit Episcopo, vt illis deinceps tale Ma-  
trimonium interdicat, quo pacto text. hic veram con-  
tinet dispensationem, & intelligitur à Paris. in effectu  
conf. 68. n. 3. t. lib. 4. quamvis ab eo recedat Cou. vbi  
supra non percepisti ultima verba textus.

Iuxta legem Moysäcam. Ergo Inde non vtuntur  
nostris legibus, de quo vide Tiraq. de iure primog. 9. 66.  
n. 22. C. 25.



## De Donationibus inter Virum & Vxo- rem, & de dose post diuortium restituenda.

### Tit. XX.

VER hanc rubr. scripserunt Zabarel.  
Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Prae-  
pos. Alex. de Nevo. Palat. Durand. in bren-  
uiario aureo iuris Canon. fol. 131. & in spe-  
culo iuris, sub hoc tit. lib. 4. Steph. Ran-  
chin. in continuat. tit. Decret. Ioan. de Londris in bren-  
uiario sanctorum Canon. fol. 178. Pet. de Rauenna in com-  
pend. iuris Canon. Martin. Mefhart in epitome Decretal.  
fol. 168. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. &  
pag. 583. Goffr. & Hof. in sum. biius tit. Alex. Cassan. &  
Anastal. Germon. in parvulis ad quinque libros Decret.  
nouissime Ioan. Honor. lib. 4. sum in Decret. Barthol.  
Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. omnes sub hoc tit.

De Materi huius tit. vide apud Lufitanos Ordin.  
Regiam lib. 4. tit. 65. vbi parens mens, & apud Castel-  
lanos l. 4. cum seqq. tit. 11. p. 4. vbi Gregor. & l. 9. tit. 9.  
lib. 3. nece recop. vbi Azened. Scipion. Gentil. in speciali  
tract. de donat. inter vir. & vxor. Duen. reg. 2. 2. 1. Kircho.  
Soar. Bellacom. & alios tom. 1. commun. opinion. tit. 10.  
lib. 3. pag. 733. Ant. Gom. var. tom. 2. c. 4. à n. 23. Aloys.  
Ricc. in collect. decif. p. 4. collect. 799. Cenal. com. contra  
commun. q. 12. Card. Mantic. de tacitis. & ambig. comment.  
com. 2. lib. 2. Franc. Molin. de iuri mpt. lib. 3. q. 1. Molin.  
de inst. tract. 2. disp. 2. 86. cum seqq. Lef. eod. tract. lib. 2.  
c. 18. dub. 12. Sanch. de Matrim. lib. 6. Valer. Reginald. in  
praxi fori paenit. lib. 25. n. 158. Azor. inst. moral. p. 3.  
lib. 11. de donat. c. 10. de donat. inter vir. & vxor. Rebell.  
de oblig. inst. p. 2. lib. 1. q. 8. n. 44. cum seqq. & lib. 1. q. 13.

### S V M M A R I V M.

- Matrimonio ex causa licta separato dos est vxori  
restituenda, & n. 2.
- Matrimonio ex causa licta separato in Regno Por-  
tugallie debent omnia bona diuidi inter virum, &  
vxorem pro dimidia parte.
- Obicitur contra text. conclusionem.
- Dos restituenda est uxori, ubi fit separatio culpa ma-  
riti, non vero sua ipsius.
- Dos ut per maritum restituatur vxori, necessarium  
est, quod mulier per sententiam iudicis Ecclesias-  
tici ab eo fuerit separata.

- Intellexus quem prestat gloss. i. ad hunc textum, an  
si verus, ostenditur.
- Maritus habet præilegium vt si condemnetur ad re-  
stituendam datem vxori, teneatur solum quatenus  
facere potest.
- Verba quod maritus non conueniatur ultra quam  
facere possit, quid significant, ostenditur.
- Præilegium, quod maritus non teneatur ultra quam  
facere potest, ab eo remunari non potest.

### C A P. Mulieres. I.

**M**atrimonio ex causa licta separato dos est vxo-  
ri restituenda. Colligunt ex Ordin. Abb. an. i. q.  
Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hof. Butr. Anch.  
Panorm. Praepos. Alex. de Nevo. Canis. Cujac. Viu. in  
ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 121. Alagona in compend.  
iuris Canon. pag. 601. remissiæ Ximen. in concord. p. 2.  
refertur ab Ant. August. collect. 2. Decret. lib. 4. tit. 21.  
de doce post diuort. restituenda c. 1. & est post Concil.  
Lateran. sub Alex. III. p. 50. c. 46.

Hanc eandem concil. ex hoc text. desumunt Segur.  
in repet. onam ex familia, §. 5. fundum. n. 3. 9. ff. de legat. 2.  
Palat. in repet. rubr. biius tit. §. 54. num. 10. Cour. de  
sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. num. 26. Gutier. canon. lib. 1. c. 24.  
num. 1. 4. & de iuram confirm. part. 1. cap. 1. n. 6. 1. D. Bar-  
bos. in rubr. soluto matrim. p. 2. n. 39. cum seq. Unde data  
culpa in marito superueniente morte vxoris, neque  
dos, neque doce lucrum eidem coniugi competere  
potest. Roland. conf. 50. n. 4. vol. 1. Alex. in l. si cum datem  
§. fin. autem. n. 10. ff. soluto matr. Socin. iun. conf. 2. 7. in  
fin. lib. 1. Roland. de lucro dotis q. 63. n. 8. co enim ipso  
quod dos est restituenda ob dissolutionem Matrimo-  
nij post separationem thori, omnia accessoria in con-  
sequentiā, & dependentiā à prima causa subsistere

De iure vero nostri Regni Lusitanæ vbi de con-  
suetudine celebratur contrauctus Matrimonij per char-  
tam medietatis, iuxta Ordin. Regiam lib. 4. tit. 46. in  
principio separato ex causa licta quia ad thorum auctoritate  
Ecclesiæ pro dimidia parte diuidi debent omnia  
bona, ita vt dimidia remaneat penes unum, altera vero  
dimidia retineat sibi alter, quia ratione mutua societatis  
que tacite inter coniuges videatur contracta in  
illo Regno, prædicta pars bonorum diuertenti est ac-  
quisita, quam per diuortium etiam sua culpa factum  
non amittit, quia ex causa veluti onerosa ad eum per-  
tinet, ita post Palat. in repet. rubr. biius tit. §. 54. n. 10.  
tradit D. Barbosa d. p. 2. rubr. n. 48. & 61. faciunt que ad  
hoc propositum reloluunt. Conart. de sponsalib. p. 2. c. 1.  
n. 8. ad finem. Pinel. in l. 2. C. de bonis mat. p. 1. n. 37. Gu-  
tier. canon. lib. 1. c. 24. n. 1. 4. Matiens. l. 5. gloss. 9. n. 1. tit. 9.  
lib. 5. non recop.

Verum contra principalem textus conclusionem 4  
obiicitur ab aliquibus quod vbiunque Matrimonium  
ex causa adulterij separatur, fit separatio ex causa licta,  
cum lictè possit coniux propter adulterium adul-  
terum coniungem à sua cohabitacione dimittere, iuxta  
text. in cap. dixit Dominus 32. q. 1. cap. Apostolus 32. q. 7.  
cum similibus, & tamen Matrimonio ex causa adulterij  
separato non est dos restituenda vxori, cap. plerumque,  
infr. hoc tit.

Quare facienda est differentia inter casum in quo  
contingit separatio culpa vxoris, & inter casum in quo  
contingit culpa mariti, ita vt in illo, in quo pro-  
pter culpam mariti fuerit Matrimonium iudicio Ec-  
cl. 4.